

arbitrio recipere; omnibus enim æquè af-  
serta erat & divina autoritas. 1. Si viris  
illis seligendi fuissent Libri, dogmatibus  
suis vel congruentes, vel saltem non re-  
pugnantes, non planè illis Moysis opera  
fuerant seligenda, in quibus de spèctatis  
ab hominibus Angelis mentio frequens oc-  
currit. 2. Saducæi nec à Templo nec à cœ-  
tibus religiosi aberant, ubi lectro frequens  
Scripturarum & maximè Prophetarum.  
Quis autem credat, eorum, quorum tan-  
tâ religione lectidnem auscultassent, Libro-  
rum autoritatem penitus rejicere? 3.  
Messiam non secus ac Judæorum ceteri ex-  
pectabant. Itaque Prophetas Messiam prom-  
mittentes, & genuinis ejus characteres de-  
scribentes, admittere illos par erat.

4. Josephus, cui præ ceteris omnibus  
ejus sectæ dogmata fuerant exploratissima,  
in eo discrepare illos à Phariseis commemo-  
rat (m), quod isti quidem docerent  
exequerenturque plures traditiones à Pa-  
tribus acceptas, nec tamen in Lege Moy-  
sis descriptas; cum interim Saducæi tradi-  
tiones illas omnes rejicerent, nihil reci-  
piendum quàm quod scriptum esset, de-  
fendentes. Porro locus iste Josephi pro  
utraque opinione affirmante & negante lau-  
datur; quamquam ipse Josephus ambiguum  
determinare sensum ad Libros tantum Mo-  
saicos visus est. Quid inde tamen? an  
fortè ex eo deducatur, rejeptos à Saducæis  
ceteros Scripturæ Libros? 5. Rabbini con-  
tra Saducæos disputantes non testimonia  
tantum produxerunt ex Libris Mosaicis,  
sed ex ceteris etiam universæ Scripturæ  
& Prophetarum; nec Saducæi commodâ  
responsione argumenta illa diluerunt, Li-  
bros Scripturæ negantes, sed vanis subdo-  
lisque interpretationibus eorum potiùs vim  
eluserunt. 6. Quis credat, potuisse illos  
eâdem cum ceteris Judæis communione coi-  
re, potuisse primas Reipublicæ dignitates  
obire, quin & summum ascendere Sacer-  
dotium, si Sacros Judæorum Libros teme-  
rario ausu rejecissent? Ad hæc, S. Petrus  
ceterique Apostoli coram Saducæis verba  
facientes, testimonia laudant ex Psalmis in-  
discriminatim ac ex aliis omnibus Scriptu-  
ris (n). Ex his ergo, quantum assequor,  
intelligimus, Saducæos non secus ac Ju-  
dæorum ceteros, universos æquè Sacræ  
Scripturæ Libros probasse (o). Et quando  
rejeptos ab illis afferunt Veteres omnes Scri-  
pturæ Libros, solis exceptis Mosaicis, eor-  
um testimonia eodem facili sensu inter-  
pretemur oportet, quo Josephi illud, nem-  
pe illos Mosaicos Libros tamquam Legem  
recipere, omnibus Phariseorum traditio-  
nibus rejeptis. Ceteros Scripturæ Libros  
recipiebant quidem, ut canonicos; sed ac-  
commodatis ad sua præjudicia interpreta-  
tionibus, loca, ubi de Angelis sermo, ita  
detorquebant, quemadmodum cetera ejus-  
dem sententiæ, quæ in Pentateucho lege-  
bantur.

Reputandum est autem, in religione Ju-  
dæorum post captivitatem dogmata de im-  
mortalitate animæ, & existentia à Spiritum  
minoris momenti, nec, ut vocant, fun-  
damentalia habita fuisse, cum Saducæi in-

ter medios Judæos, nec ab eorum commu-  
nitione avulsi, sententias illas profiterentur  
(p), & Viros haberent summæ Sacerdotii di-  
gnitati pares, quamquam aliqui errores  
illos invidè tuerentur. Hæc igitur in gen-  
te illa problematicè disputabantur. Phari-  
sæi, & Saducæi alterutrorum invicem prin-  
cipia rejiciebant; nec tamen excommuni-  
catione alii alios damnabant: omnes æquè  
Libros Sacros recipiebant, sed non eod-  
em sensu & interpretatione. Fidei Phari-  
sæicæ normam constituēbat Scriptura, mor-  
rum regulam dabant traditiones. Hanc  
prærogativam, Saducæi solis vindicabant  
Mosaicis Libris, ceterisque Sacris Autho-  
ribus, quorum tamen sententiam suo  
marte interpretabantur.

Saducæi fatum negabant, ait Josephus  
(q), cujus nomini nihil subesse nisi phan-  
tasma aliquod spectrumque dicebant; ni-  
hil enim fati vi imminere arbitrabantur  
hominibus. Quare ex eorum sententia, no-  
bis plena manet agendi libertas, qua ad  
arbitrium utamur. Nostram proinde strui-  
mus bonam deteriorēve fortunam, juxta  
quod in bivio constituti receptam vel de-  
tiorē viam eligimus. Testatur alibi  
(r), negata ab illo fatum & providen-  
tiam, seu aliis verbis Deum sine malum ope-  
rari, sive noscere, a què à se alienum reputa-  
re. Hominem bonum malumque habere  
in arbitrio, nihilque illi, nisi quod ma-  
ximè voluerit, contingere, bono vel ma-  
lo usu suæ libertatis.

Nec homini, quem nihil sperandum in  
altera vita manebat, aliquid, quod à Deo  
posceret, reliquum esse potuisse intelli-  
gimus. Si enim Deus nihil in bona nostra,  
sive quæ ferimus toleramusque mala influit;  
si nempe in nostro unice positum arbitrio  
reputandum est, ut absque Dei ope mala  
vel bona operemur, si nulla manent in al-  
tera vita præmia vel supplicia, quid à  
Deo posceret Saducæus, nec in quo potis-  
simùm cultum suum, & Religionem con-  
stitueret, satis assequeretur. Si Dei in hac  
vita ope nullâ indigebat; si nihil timen-  
dum manebat in altera vita, ut quid  
Deum metueret, coheret, adoraret? Nullo  
luculentiori argumento intelligimus,  
quousque tandem Religionis Judaicæ cor-  
ruptio devenisset, quam quodd illa in suo  
gremio reciperet tam absurdæ opinionis af-  
sertores authoresque. Nec Saducæorum  
professio multum ab Epicuræis abludebat;  
nihilque inter illos constituerem discrimi-  
nis, quàm quodd Saducæi supplicia saltem  
aliqua in hac vita vel præmia à Deo me-  
tuerent, expectarentque; quæ sibi etiam ad  
bonum incitamenta Epicuræi subducebant.

Saducæorum Secta diutius quidem & nunc  
etiam, ad paucos tamen redacta, subsistit  
(s). Hodie quidem à cœtibus Judæis tan-  
quam hæretici rejiciuntur; olim tamen  
alia erga illos disciplina. Hircanus Sum-  
mus Sacerdos & totius gentis Princeps,  
postquam diutius Phariseis favisset, se-  
cessione ab ipsis factâ, ad Saducæorum par-  
tes transiit (t). Fertur etiam capitali  
pœnâ indixisse Judæis, ut dogmata Sadoc  
reciperent (u). Aristobulus & Alexander  
Jan-

p *Manasse*  
Ben-Israel in  
Epistola non-  
cupatoria Li-  
bri sui de  
resurrectione,  
& lib. 1. cap. 1.  
testatur, ve-  
teres Judæos  
& cœtu Israe-  
litatum retra-  
xisse eos, qui  
animæ immor-  
talitatem abo-  
lerent; do-  
cuisse pariter,  
illud homi-  
num genu-  
nullam habi-  
tutum partem  
in saculo fu-  
turo, & in  
mundo ani-  
marum.  
q *Joseph Anti-*  
*quit. l. 13. c. 9.*  
r *De bello l. 2.*  
c. 12. pag. 788.

m *Joseph Anti-*  
*quit. l. 13. c.*  
28.

n *Ant. 4. 12.*  
& 5. 17.  
o *Vide Manasse*  
*Ben-Israel, l.*  
1. c. 6. *Neque*  
*tamen derogab-*  
*ant fidem*  
*Propheciis, sed*  
*loca Prophecia-*  
*rum in alium*  
*longè sensum*  
*interpretaban-*  
*tur.*

s *Vide Basnag.*  
*Histor. Judæor.*  
l. 3. c. 5. ar. 13.  
14. 25. 21.  
t *Serap. tribu-*  
*res. c. 25. Ma-*  
*nasse Ben-*  
*Israel de Re-*  
*surrectione. l. 1. c. 1.*  
u *Joseph Anti-*  
*quit. l. 13. c.*  
18.  
v *Vide Abra-*  
*ham Ben-Dior*  
*Cabala. Ita*  
*apud Trig-*  
*land. de secta*  
*Carait.*

Jannæus filii Hircani, Saducæos defende-  
re & infectari Phariseos diutius perseve-  
rarunt. Testatur Maimonides [x], sub  
Alexandro Rege Saducæos omnes invasisse  
Sanhedrii dignitates, uno relicto Simone  
filio Scera, qui Phariseorum partes tue-  
retur. Verùm pristinam autoritatem re-  
ceperunt Pharisei sub Alexandra uxore  
Alexandri Jannæi. Caiphas, qui Jesum  
Christum morti adjudicavit, Saducæorum  
sectam professum intelligimus ex Actuum  
3. 17. Vide & 4. 1. Eandem profitebantur pa-  
riter Ananus Junior (y), qui sanctum Ja-  
cobum fratrem Jesu neci tradidit.

Qui Saducæos veluti Samaritas & disci-  
pulos Dositheji habendos censuerunt, viris  
imputarunt cultum Dei, hirci simulacro ex-  
pressi, & corruptum textum primi Capitis  
Genesis ut legent: *In principio azyrna*,  
(sive hircus) *creavit Calum & Terram*.  
Sed accusationes istepse se destruant, nec  
est cur Lectores quidem remorentur.  
Saducæi Deum in Templo Jerosolymitano  
colebant, Messiam expectabant, nihilque  
eâ in re à ceteris vulgè Judæis disside-  
bant; quin & in unam cum ceteris Phari-  
sæis conveniebant sententiam, quippe qui  
unum Liberatorem & Regem temporalem  
tantum expectarent. Ita semel utriusque  
sectæ homines persuasi, si neque Jesum  
noscere, neque spiritale ejus Regnum admit-  
tere voluerunt, non est cur vehementer  
miremur. Nec sanè quisquam è Saducæis  
nomen Christo dedisse in Evangelio legitur;  
plura enim habebant in opinionibus suis  
cum fide & salute à Jesu Christo annunciatâ  
pugnantia.

x *Maimonid.*  
*Halac. San-*  
*hedr. c. 11.*

y *Antiquit. l.*  
20. c. 8. pag.  
698.

ARTICULUS III.

De Essenis.

Esseniorum origo ac etymon æquè la-  
tent, cum nihil de illis satis expres-  
sum, neque de tempore, neque de Au-  
thore Sectæ apud Philonem & Josephum  
legatur. Author quarti Maccabæorum  
(z), cujus Operis Gallicam dedimus Ver-  
sionem, sectam illam hominum, quam  
*Hasdanim* appellant, Hircani Maccabæi  
ætate circa A. M. 3804. floruisse jam tra-  
dit. Sermo est apud Josephum (a), de Ju-  
da, viro inter Essenios clarissimo, qui in  
vivis agebat sub Antigono filio Hircani  
& fratre Aristoboli Regis Judæorum.  
Porro Judas iste vaticinatus est, Antigonom  
sub turri Stratonis proditione interimen-  
dum, cujus oraculo sua mansit ab eventu fi-  
des, Judæis omnibus Jerusalem & ipso pa-  
riter Juda stupentibus.

Plinius (b), qui non sine stupore Es-  
seniorum mores à Josepho descriptos le-  
gerat, ipse pariter illorum historiam flo-  
renti & magnifico stylo tradens, gentem  
illam jam inde à multis sæculorum my-  
riadibus sine mulierum commercio propa-  
gari asserit. *Ita per sæculorum millia, in-*  
*credibile dictu, gens aterna est, in qua*  
*nemo nascitur.* Sed falli virum constat:  
gentis nempe origo non ante Maccabæos  
Differt. Calmet Tom. II.

constituenda est; nec calibem Essenios om-  
nes vitam egisse, nisi per errorem asserere-  
tur. Esse namque inter illos virorum ma-  
num quandam, qui in reliqua vita pro-  
fessione à ceteris non discrepantes, con-  
nubio, quod ceteris infuetum, jungerentur,  
tradit Josephus (c).

Sunt qui autumaverint [d], ad posteros  
Jonadab Patris Rechabitarum viros illos  
pertinere; cujus opinionis unica ratio de-  
ducitur ex genere vitæ Essenis familiari;  
quodd scilicet & à vino abstinere, & vi-  
tam agerent in reliquis frugi modestamque  
(e). Cum tamen & in Urbibus moratos  
illos constet, ædes sibi & hospitibus pos-  
sedisse, quæ sanè omnia à moribus Rechab-  
itarum erant aliena, vix est quodd eorum  
conjecturæ momenti aliquid habuisse judi-  
centur. Vetitum enim erat Rechabitis,  
ne in Urbibus & ædibus morarentur, sed  
in tentoriis tantum & sub dio. Neque  
perpetuè à vino abstinuisse Essenios, nec  
eam rem lege sibi præscriptam habuisse,  
quomodo de Rechabitis memoriæ pro-  
ditum est, ullibi legimus.

Essenios, sive ut appellat, Jessenios Sa-  
maritanorum sectam autumavit S. Epipha-  
nius (f), eorum nomen derivans ex Jesse  
patre David sive Jesu, quam vocem Me-  
dicum interpretatur; maximè enim decet  
Essenios medici appellatio, quodd medici  
animarum haberi voluissent. Narrat insu-  
per; Elxai, virum sub Trajano, nova quæ-  
dam dogmata apud Essenios inexistisse,  
tradito insuper vaticiniorum suorum Li-  
bro; cui pariter fratrem fuisse *Jexcum*,  
qui sectæ suæ homines ad cultum astrorum  
perduxerit. Historiolas hæc ceterasque,  
quas de Essenis narrat, unde hauserit  
S. Epiphanius, incertum; certò tamen con-  
stat, suspiciosam esse ejus narrationem,  
in his maximè, quæ de Samaritana gentis  
origine tradit. Scitum est enim, Judæos  
esse & à Samaritanis maxime abhorruisse.  
Facile S. Epiphanius ex Essenis sui tem-  
poris veterum Esseniorum judicium forma-  
verat, de Essenis, inquam, sui temporis  
genere hominum corruptissimo, & famè  
adè deploratæ, ut de impensis divinis  
honoribus duabus mulierculis viventibus  
accusarentur.

Nominis Esseniorum duodecim varias sen-  
tentias recenset Serarius (g). Salmasius (h),  
deducit ex Essa Palestinæ Urbe, de qua  
Josephus Antiquit. lib. 13. cap. 23. alii ex  
Hebræo *Chosen*, quo nomine Rationale  
Summi Sacerdotis designatur; alii ex Chal-  
deo *Chesim*, robustissimus; vel ex Syriaco  
*Asan*, expelli, sive ex Hebræo *Asa*, va-  
letudini restituere, vel ex *Hasach*, facere,  
operari, sive *Jesu* vel *Jesse*, vel ex ver-  
bo *Chasa*, contemplari, aut ex *Scabnah*,  
dividere, sparare, repetere. Derivant alii  
ex Græco *Hosoi* (i), Sancti, vel tandem  
ex Hebræo *Chasid*, misericordia, quam  
posteriorem etymologiam nos præ ceteris  
probamus. Porro viros misericordes, tam-  
quam pium aliquem cœtum constituentes,  
in Psalmis (k) legimus; nec alios credi-  
mus Essenios, quàm quos Libri Maccabæ-  
orum Assidæos appellant (l).

c *De Bello l. 2.*  
c. 12. in Lat.  
& in Græc.  
pag. 788. D.  
d *Vide Suid.*  
in Rogoni vel  
Apogonos. Ni-  
lus aseli. c. 3.  
alii qui-  
dam.  
e *Philo de vi-*  
*ta Contempla-*  
*tiva pag. 900.*

f *Epiphan. ha-*  
*res. 29. de Na-*  
*zarais.*

g *Serap. tri-*  
*bres. l. 3. c. 2.*  
h *Salmas. ad*  
*Solin. cap. 35.*  
pag. 473.

i *Philo l. quod*  
*omnis probus*  
*liber. p. 876.*  
ait, Essenios  
voce He-  
bræa Sanctos  
significare;  
eorumque e-  
tymologiam  
deducit ex  
Chasid.

k *Psalm. 78. 2.*  
& 84. 9.  
l *Maccab. 2.*  
42. *Synagogæ*  
*Assidæorum. 2.*  
*Maccab. 14. 7.*  
*Vide Eccli. 44.*  
16.

*in Joseph. Antiquit. l. 13. c. 18. Vide Serar. tribares, c. 6. pag. 81.*

Autumavit Drusius, Essenios sarculum esse Pharisaorum, eosque viros persecutione ad Hircano mota plurima passos (m), cujus evitanda gratia cum in deserta confugissent, asperum vitae genus prius necessitate susceptum, volentes deinde retinuerint. Sed nos supra demonstravimus, coetum hunc virorum parem referre cum Pharisais, Saducaisque vetustatem, cum Author quarti Macchabaeorum, quem librum primo in Arabicis Polyglottorum D. Le Jay vulgatum, neque Salmasius, neque Scaliger, Serarius, & Drusius unquam viderunt, eas sectas sub Hircano florentes, atque inter se discretas constituat. Ipse pariter Josephus, cui scribenti praesto erant facile similes Commentarii, insinuat videtur, floruisse illas sub Hircano, cum post narratam historiam desertae ab Hircano sectae Pharisaeorum, ut in Saducaeorum partes transfret, subneclit: *Sed de his duabus Sectis & Esseniorum tertia accurata tractavimus in secundo, quem scripsimus, de rebus Judaicis libro.*

Post Scholas sive coetus Prophetarum, nihil inter Hebraeos morum sanctitate magis spectatur, quam Schola Esseniorum, quorum hanc nobis picturam exhibet Josephus de bello lib. 2. cap. 12. Vivunt, ait ille, inter se mutuo charitatis vinculo conjunctissimi, idemque omnibus in voluptatem veluti in praesentissimum aliquid virus horror. Potissimum virtutis suae momentum constituunt, ut continentiam servant, & contra voluptatis illecebras armentur. Connubia fugiunt, sed aliorum liberos tamquam proprios innutrientes, coetus sui spiritum & dogmata tenellis animis imprimunt. Quamquam autem connubium renunt, non tamen damnant, vel generis humani propagationem censent negligendam; sed intemperantiae & infidelitatis muliebri metus cautiore illos efficit. Divitias perinde habent ac nihil, & bona sua omnia ita simul possident, ut nemo inter illos alius sit alio locupletior. Sanctum ratumque habent, ut jus in bona sua omnia a se removentes, in societatem transfundant; ex quo id potissimum consequitur, ut unius tenuitati de locupletii aliorum gazâ invidia nulla creetur, nec divitiarum fastu alius infletur pra alio. Vivunt ut fratres unâ bonorum & conditionis aequalitate.

Oleum aequè & unguenta rejiciunt, quorum siquid casu aliquo contigerint, veluti ad tactum rei immundae, purificatione maculas abstergunt. Externam austeritatis speciem ita habent in pretio, ut sordes aequè habeant in horrore, candidas semper vestes praeferebant. Bonorum suorum Oeconomos constituunt, à quibus singula pro eujusque necessitate distributa (n).

*in Lib. 18. cap. 2. tradit, eos oconomos e genere Sacerdotum esse.*

Non omnes in eadem Urbe, nec semper eodem in loco morantur: sed per varias sedes distribuuntur, viros sectae suae in suas edes excipiunt, quibus bona sua omnia, tamquam singulis communia impertiuntur. Cum in viam se dederint, nullum assumptum commeatum, arma tantum ferunt, quibus se à praedonibus defendant.

Constitutus in singulis Urbibus ex eorum coetu aliquis, hospitio venientes recipit, simul vestes ceteraque omnia necessaria sufficiens.

Eodem genere victus eademque disciplina innutrientur pueri, quos praecceptorum alicui educandos assignant. Vestes, nisi detritas vel adeo veterascentes, ut nullis amplius usibus ferviant, nunquam immutant. Vendendi emendique negotiationes inter illos nullae; solâ rerum permutatione usi, superflua tribuunt, ut necessaria recipiant; quin & permixtum singulis gratis, quae sibi opus fuerint, sibi vindicare, quaeque fratris essent, in proprios usus transferre. Insignem erga Deum religionem professi, altum, apud illos ante exortum solis silentium nisi si forte precum aliquid murmur ante hoc tempus audiatur, precum, inquam, quibus à Patribus suis acceptis solem, ut tandem in Oriente pareat, invitant. Post haec singuli à suis Praefectis dimittuntur ad opera.

Post datas labori 5. horas, i. e. usque ad undecimam horam matutinam in aquinoctio, sicut & data proportione aliis anni temporibus, iterum simul coeuntes, albensque lineis accincti, frigidâ se totos lavant; tum singuli in singulas cellulas, quod interdictus externis omnibus aditus. Tum in commune coenaculum, ubi tamquam religioso aliquo in Templo mense affidentes, altum servant silentium. Distribuitur singulis pro sua conditione panis ab Oeconomo, tum pulmentum ab illo, cui parandi cura commissa. Secundum haec, preces Sacerdotis sequuntur; ante laudatum enim prece Deum cibum capere nefas. Post cibum iterum ad agendas gratias Deo tamquam bonorum illorum largitori, centum numeris vestibus albis, quas tamquam sacras respiciunt, ad laborem, uti prius, regrediuntur. Subeunte vespere, in coenaculum iterum redacti cibum capiunt, ubi si quem forte ex hospitibus nacti fuerint, hunc cibo pariter reficiunt.

In reliquis omnes quidem pendunt ad nutum Praefidis, sed virtutis exercitia praestandi, & opem ferendi proximo, quantum cuique vires sufficiunt, libera cuique permessa facultas. Necessariis tamen quidquam largiri sine Praefidis assensu nefas. Fidem promissionibus obligatam adeo religiosè praestant, ut promittentibus non secus ac juratis credatur. Jursurandum tamquam perjurium evitant. Veterum scripta sedulo evolvunt, in quibus ea maxime scrutantur, quae animae profectum & valetudinem juvant. Callent proinde remedia, & simplicium, lapidum, ac radicum virtutes omnes. Aegrotos summâ curant sedulitate (o), quibus ex communibus bonis necessaria omnia sufficiuntur.

Prosteri sectam volentes non omnes suscipiunt indiscriminatim, sed postulantes extra domum absterere coactos, prius exercent. Porro candidatis istis lignonem tradunt, latiore quam faciam in usum balnearum, & candidum vestimentum. Si perseverantiae suae argumenta praebet Tyro, recipiunt tandem ad commune coenaculum &

*o Philo l. quod omnis probus liber.*

& balneum; in domum tamen non nisi post alterius biennii experimentum introducitur. Post biennium enim, si dignum se exhibuerit, in coetum adlegitur; antea tamen quam ad capiendum unâ cum aliis cibum admittatur, terribilibus sacramentis adjuratur, ut purum perfectumque Dei cultum ac legis iustitiae erga homines observantiam profiteatur, neminem unquam violaturum ne coactum quidem, impios evitaturum, probos tutamine defensorum, praestitam fidem erga omnes & maxime Principes sanctam habiturum. Sacramentum etiam adigitur, nunquam, si forte aliorum praefecturam susceperit, potestate sua opprimendis fratribus abuturum, nec se à ceteris distinguendum vestium singularitate & aliâ quacumque re praestitutum. Sectae arcana nulla fratres celaturum pollicetur, quae interim aliis semper etiam vita periculo habebit occulta; quae à Praecceptoribus suis didicerit, nunquam alios docebit, & Libros Sectae, sicut & Angelorum nomina, veluti preciosum aliquid depositum cautè servabit.

Si quis grande aliquid admiserit crimen, è coetu depulsus plerumque misero mortis genere cogitur interire; terribilibus enim sacramentis illis adactus, cibum ab externo capere prohibetur; quare herbis veluti bellua quaedam victitate coactus, paulatim tandem miserâ premente & fame opprimitur. Interdum Essenii miseratione illius tacti, data criminis venia, apud se miserum hominem recipiunt, cum jam inter ipsas mortis fauces constitutum respexerint, rati satis durtarnam egisse dignamque crimine poenitentiam.

De re aliqua deliberaturi, centum numero convenientes sedulo rem ponderant; & quidquid tandem decreverint, sanctum est & irrefragabile. Post Deum, Moysen unicè observant, ut si quem blasphemati nominis Moysis reum tenuerint, illum capitali perimunt supplicio. Parenti senioribus & majori praecipuum numero legem sibi constituunt, ut cum decem simul coiverint, nemo sine novem aliorum consensu loqui inter ipsos audeat. Exerere coram coetu vel ad dexteram, apud illos nefas.

In Sabbati observatione ad superstitionem religiosi, ne ignem quidem accendere, nec parare eâ die cibos audent; quin nec permixtum sibi ducunt utensilia domus removere, alvum superfluis purgare. Porro alvei necessitati aliis diebus subventuri, loca occultissima scrutantur, & post egestam pede altam fossam ligone, quem supra innuimus, incurvi & undique vestibus protecti, metu ne Dei radii eâ sorte violenter, rem praestant. Haec Josephi phraeses suspitionem apud aliquos creantur, num Essenii Solem adorarent; quod sane crimen firmiori aliqua conjectura, ut Essenii imputaretur, fulciri oporteret. Potuerunt enim solis radios perinde ac Dei ipsius, cujus sunt opus, suspexisse (p).

*p Non dissimile aliquid Moysen praescripsisse Israelitis in deserto legimus in Deuteronomio.*

His omnibus cautionibus alias adiungentes, fossam aggestâ terrâ implent; tum veluti maculâ quadam contractâ, purificationibus eluuntur. In quatuor classes totum coetum distribuunt; quarum qui superiores tenent, adeo se praestare inferioribus putant, ut si forte aliquem ex illis contigerint veluti legali contractâ maculâ, non secus ac ad externi alicujus contactum purificatione expientur. Vitam plerumque ad multos annos (saculum implent aliqui) producant; quod simpliciori cibo & vitæ frugi modestaeque facile tribuendum. In malis perferendis ad miraculum usque fortes, insignia ejus constantiae specimina, Josepho oculato teste, in postremo Judaeorum cum Romanis bello exhibuerunt. Anime immortalitatem timentur, quas scilicet animas influere dicunt in corpora, ex aere sublimiori attractas, nescio qua superiori virtute, cui resistere nullâ vi possunt; eaque cogente in corpore, veluti in carcere, toto vitæ tempore detinentur (q). Semel autem hujus carceris foribus morte reclusis, aditum veluti è longa tristisque captivitate liberatæ in Coelum ascendunt. Proborum Spiritibus sedes assignatæ ultra Oceanum, in loco imbribus, ventis, ceterisque Coeli intemperis libero, ubi naturali felicitate donantur; quod ab illis eadem ferme ideâ traditur, ac à Poetis Graecis Elysiâ arva descripta sunt. Vicissim autem impiorum animas relegari dicunt in loca horrida. & Coeli inclementiae exposita, ubi æternis suppliciis cruciantur. Ita planè de Infernis scripsere Poetae, quo in loco cruciantur Tantalus, Ixiones, Syssiphi, & selecti quicumque, dignas criminibus suis poenas luentes.

Prophetiae dono insignes plures inter illos clarent, eorumque varietatis fides afferitur ab eventu; quemadmodum pluribus allatis documentis demonstrat Josephus (r). Id genti privilegium confert, ait idem Historicus, tum lectio frequens sacrorum Librorum & Prophetarum, cum sanctioris frugique vitæ temperantia. Coetus est inter eos à ceteris aliis in nihilo, praeterquam in connubio, quod admittunt, omnibus retentis instituti consuetudinibus, distinctus. Uxores non ante ducunt, quam prius triennio eorum valetudinem & aptam edendis filiis habitudinem probaverint; conjugio non nisi moderatè utuntur adeo, ut ad praegnantem feminam accedere nefas reputent. Mancipis carent, quippe qui servitutem velut humanæ naturæ irrogatam injuriam respiciant (s).

Deum res omnes unice moderantem, agnoscebant Essenii, nihil absque ejus nutu & decreto fieri unquam contredientes (t). Omnia fato ab illis tribui, nihilque sine fato dissoni, alibi Josephus ex illis testatur (u). Huic repugnanti testimonio conciliando nullam aliam invenit rationem Serarius (x), quam ut fati nomine nihil aliud designatum à Josepho credat, nisi absolutum Dei decretum, quo juxta eujusque naturæ indolem singula moderatur; ut proinde nihil contra liberi arbitrii iura disponat. Respondet eorum Secta Pythagoricis apud Graecos (y), sive Plisitis apud Dacos (z). Quid Plisitarum nomine intellexerit Josephus, ignoratur; nec facile sana est

*q Joseph. loc. cit.*

*r Joseph. Antiquit. l. 13. c. 10. De Juda Essenio & l. 15. c. 13. De Manabem Essenio.*

*s Joseph. Antiquit. l. 18. c. 2. Ita Philo l. Quod omnis probus liber. t Joseph. Antiquit. l. 18. c. 2. u Idem l. 13. c. 9.*

*x Serar. tribares. c. 4. art. 2.*

*y Joseph. Antiquit. l. 15. c. 13.*

*z Joseph. Antiquit. l. 18. c. 2.*